







1.

2

3

4

5

6

7



1714.

1. Bauer, Johann Wolfgang : De justificatione
arbitri
- 2^{a. 17}
2 Fickner, Joh. Georgius : De feropetis. Von der Wit-
weren. 2 Bunde.
- 3^{a. 16}
2 Fickner, Joh. Georgius : De parte justitiae. 2 Bunde.
1714 - 1722
- 4^{a. 17}
2 Heidebrandt, Heinrich : Juridicorum universorum
sive moris hodiernorum Compendiose Consideratio.
2 Bunde 1714 - 1738.
5. Hoeger, Johann Christophorus : De usu conditionis
causa data, causa non secuta.
6. Kohn, Johann Benignus : De personis et conditionem
sive conditionis
7. Krodner, Jo. David : De indigite libro practicae Theoriae
Juncta

8. Lintzmayer, Johannes Georgius : De observantia
 9^{ae} ^{ae} Muller, Michael Christoph : De jure pecuniarum
 sepulchra praefectoria persequendi. 5 Bunde.
 1744, 1742 & 1746
10. Prain, Sigismund Ferdinandus : De beneficiis cum
 grandi obsequio.
11. Rinder, Christophorus & Darius : De privilegiis
 et iustis
12. Rinck, Ludovicus Gottlieb : De aqua calida
 occasione legis et generalis.
13. Schneeguis, Christianus Gott : De collegiis
 agriculturiorum.

...
...
...
...
...



[Faint, illegible handwriting in a historical script, possibly Latin or German, covering the page.]



1714 4 3a 7.

C. D.

DE

PESTE JUSTITIÆ

SUB PRÆSIDIO

JOH. GEORGII FICHT-
NERI,

J. U. D. INSTIT. IMPER. PROF. PVBL
ET H. T. ORDINIS SUI DECANI,

AD D. DECEMBR. MDCCXIV

DISPUTABIT

A U T O R

JOHANNES ANDREAS
STAUDACHERUS,

ONOLDO-FRANCUS.

ALTORFI NORICORUM

LITERIS IODOCI GVIL. KOHLESJ, ACAD. TYPOGR.

Q. D. B. V.



Vra & Judicia corrupta jam suo tem-
pore Romæ L. Pisonem deplorasse
Tacitus *Ann. 2.* his verbis innuit: *In-
ter quæ L. Piso ambitum fori, corru-
pta Judicia, sævitiam Oratorum ac-
cusationes munitantium increpans, abi-
re se & cedere urbe testabatur.* Quid-

ni nos hodie lamentemur Justitiam, quam ejus Admi-
nistratores Christiani pessime detorquent, adulterantve.
Quilibet Jura abhorret, abominatur, detestatur: ubi
Processuum protelationes, litigantium proterviam,
iniqua causarum patrocinia, convitia Advocatorum,
Procuratorum calumniosa subterfugia, Judicum sordes,
corruptiones Assessorum & Practicorum cautelas sæpe
ridiculas perpendit. Ea propter Forstn. *in Not. Polit.
ad di&. 1. Taciti* haud inconcinne duas posuit Justitiæ
capitales pestes: (1) Advocatorum inscitiam & nequitiam,
(2) Judicum avaritiam & malitiam. De quibus duobus
Justitiæ malis, illaque tollendi remediis, nos certi moti
rationibus & exercitiū academici gratia, pro viribus hic
differere constituimus. Quod ut fiat feliciter, faxit
supremus Justitiæ Arbitr.

§. I.

Non multi hic erimus circa vocum in Rubro
contentarum enucleationem etymologicam aut homo-
nymicam & similia: probe gnari, otiosam hanc diligen-
tiam,

B 2

tiam, quæ ubi de re constat, in vanis nominum
vocalibus hæret, Nostris improbari *l. 2. §. 1. ff. de
Constitut. pec.* quippe qui non verbis, sed rebus
leges imponunt *l. 2. C. Commun. de legat.* Quapro-
pter ipsam potius rem aggredimur, consideraturi pri-
mam Justitiæ pestem, quam cumprimis esse diximus
Advocatorum inscitiam & nequitiam. Multos enim
hoc seculo videmus fratres ignorantiae in Foro versari
& lites ex litibus diu protelare, qui aut jura ignorant,
aut prave sive malitiose applicant, de quibus vere lusit,
quicumque lusit: *In Institutis, comparo vos cum brutis:
in Digestis, nihil potestis: in Codice, scitis modice:* in des
Reichs Abscheit/seyd ihr kommen nicht weit/ *& tamen crea-
mini Doctores, o tempora, o mores!* Item nonnemo alius:

*Inter Sacros Canones, estis inertia pondera & pepones
In Saxonico foro, Conjuges sine thoro, & asini ad ly-
ram in choro:*

Noctis in praxi, quantum Abcdarius in Syntaxi.

§. II.

Quæ & similia de hodiernis nostris Advocatis, in-
primis adhuc Juvenibus vere dici possunt. Hi enim li-
cet, tanquam ex Studii fornace noviter educti, Jura scire
præsumantur *arg. c. si quando. de consec. Dist. 2.* attamen
plerumque sunt litium confusores, qui factum quod-
cunque utcunque & quasi in transcurso capiunt, sæ-
piusque in ipso litium portu impingunt, similes navi-
gantibus Athenas, qui primo anno sapientes, secundo
Philosophi, tertio Rhetores, quarto nihil erant, ut ait ex
Jacq. Faye vent, *ad Valent. L. 1. c. 9. n. 15.* Hi sunt com-
ptuli illi Juvenes de quibus dicitur:

Vir

*Vir bene vestitus, pro vestibus esse peritus,
 Creditur a mille, quamvis idiota sit ille,
 Si careat veste, nec sit vestitus honeste,
 Nullius est laudis, quamvis sciat omne, quod audis.*

§. III.

Quamvis vero de Jure Civili etiam Juvenes, qui 17. annum impleverunt & 18. attigerunt, pro aliis postulare potuerint, & Antiquitas hujusmodi ætati concesserit facultatem procedendi in publicum, uti constat *ex l. 1. §. 3. ff. de postul. : S. ult. Inst. Qui & quib. ex caus. man.* Siquidem hac ætate etiam Adolescentes Romæ sumebant virilem togam & referebantur inter viros atque in forum deducebantur. Et Augustus etiam protinus liberis Senatorum latum clavum induere & curiæ interesse permisit. Sic & Nervam Jctum anno decimo septimo; & Celsum adhuc adolescentem de Jure publice responsitasse constat *ex c. l. 1. §. 3. ff. de postulando.* Bartolum quoque idem fecisse & Baldum ejus fratrem vigesimo quinto anno repetiisse tradit Angelus *ad d. l. 1. §. 3. de postul.* Et Papinianum Jctum Juvenem a Phoca severi filio interemtum fuisse testatur, *Platin; in Calix. Pontif.* Item Socin. *in l. cum Arvus ff. & Condit. & demonstrat.* Attamen quia hæc exempla admodum sunt rara: idcirco secundum dispositionem Juris Canon. *in cap. 5. §. licet. de Procuratoribus in glo.* rectius statuitur: Minores 25. annis Advocatos & Procuratores ad lites esse non posse: tum quod fragile & infirmum sit hujus ætatis consilium & multis captionibus suppositum, multorumque insidiis oppositum: tum, quod quasi indecorum sit, cum hominibus adeo adolescentibus, ac quandoque pene pueris habere negotium, juxta illud Ovidii:

A 3

Sint

*Sint procul a nobis Juvenes ut fœmina comiti :
Fine coli modico Forma virilis amat.*

Inde, nisi evidenter appareat, personam ejusmodi minorem huic provinciæ esse sufficientem; utique majorem ætatem, sc. 25. aut 30. annorum in Advocatis requiri, non injuste visum fuit: tum quia illa ætas est justa *l. 2. ff. de vacat : Mun. l. Cum filiofam. ff. de Leg. 3. & legitima l. quero in fin. ff. de Testam. tutel. l. 1. ff. de fleicom. tut. ac perfecta l. Minor. ff. de Minor. tum, quia etiam hanc ætatem nostri Icti in multis aliis Juris articulis considerarunt. Sic etenim in homine tunc demum perfectum Judicium incipere crediderunt, & propterea statuerunt: minores 25. annis, si habeant Curatores, absque eorum consensu obligari non posse; si vero habeant Curatores, obligentur quidem, sic tamen, ut læsi in contractibus in integrum restituantur *l. 3. C. de Restitut. in integr. min.* etiamsi sint Juris periti, *arg. l. 1. C. Qui Et adversus quos.* Quæ omnia adhuc hodie multo magis observanda esse monet generalis totius Germaniæ consuetudo, utpote vi cujus minores etiam inviti, non ut olim, in judicialibus tantum, *vid. §. f. J. d. Curat.* sed etiam extra judicialibus negotiis indistincte, curatores recipere compelluntur usque ad majorem ætatem, bis *Sie zu ihren vogtbahren Jahren kommen/ vid. ord. polit. de A. 1577. Tit. 32. S. 1.*
§. IV.*

Quibus insuper accedit, quod licet ejusmodi Juvenes Advocati in scientia Juris quandoque sint absolutissimi: attamen iis multa adhuc, juvenilia vitia, utputa præsumptiones magnæ, altæ cogitationes, ira, luxuria, arrogantia, alique juveniles fervores & impetus adhæreant, & usu venire possit illud: Ceddò qui vestram Rempubli-
cam

cam tantam amisistis tam cito? Proveniebant Oratores novi, stulti, arrogantes, præsumptuosi adolescentuli. Siquidem Juvenile vitium est regere non posse impetum. Et juxta Senecam

Juvenilis ardor impetu primo furit,

Voluptate & deliciis facile surventus intercipitur.

Hinc Cicero in *vatin*: Et vicina est lapsibus adolescentia, quia viarum æstus, cupiditatum fervore calentis inflamatur ætatis. Dann die Jungen Advocaten pflegen gemeiniglich vor Hoffarth zu stehen/sich in Kleidern oft narrißch genuz heraus zu puzen/auf dem Richter nicht viel zu geben/dem Gegentheil hönißch auszulachen/ mit ehrenrührigen Worten anzugreifen/ oder sonst zu beschimpffen/uneingedenck dessen/ was Specul. S. 5. num. 1. de Advocatis einrathet; humanum est, illum Judicem vereri, cujus voluntate & Judicio quis erigitur, nunc deprimatur. Und S. 4. derisus alios, non inde-risus abibit. Non enim meruit honorem, qui non honoravit. Jedoch ist nichts über die groß prahlende Worte/ womit mancher junger Advocat meinet: alle Cicerones & Hortensios auf einmahl heraus zu speyen. Hiervon redet der Autor von Justitien Werck also: Daß es um einen solchen jungen Juristen nunnehro seye/ gleich wie um einen Apotheker mit seinen Kram/ und einen Hauffen Ziriack's-Grämer auf einer Dorff-Kirmes/ wann jener nicht wie diese von seinen Kram ein groß Geschrey machen kan/ wird er das mit verlacht. Die grossen Brillenmeister und Schlangenfresser haben die beste Losung. Also achtet man auch zu unsern Zeiten die grössesten Schwäser und unverschämte Streit-Köpfe für die besten Juristen/ bey welchen auch die alten Juristen/ aus welcher Bücher das Recht mehrentheils gezogen/ schamwoth werden müssen. Quid vero de his Advocatis

vocatis adolescentulis habendum sit, paucis quidem, sed rem bene exprimentibus verbis, indicat Bernhardus ad Eugenium ita scribens: Advocatos adolescentes verborum & eloquentiæ studentes, cum sint sapientiæ inanes, non aliud quam pestes & hostes Justitiæ reputes.

§. V.

Cum autem hæc & similia sinistra judicia etiam de *ifs* Advocatis & Procuratoribus, qui aliqualem Studio Juris addiscendo impenderunt operam, passim audiantur. Qualia scommata circumferri quis existimet de iis causidicis, vel potius dicendi ignaris Rabulis von denen *Gericht's-Plauderern* / qui Jura penitus non didicerunt. Antequam vero pedem ulterius promoveamus, hic meritissimo Jure verba celeberrimi alicujus Theologi nostra facere possumus & debemus: *Wir protestiren / daß wir nicht reden von gewissenhaften Juristen / sondern von denen Juristen und Zungendreschern / welche des achten Gebots vergessen / und es für eine Kunst halten / wann Sie einer bösen Sache eine Farbe anstreichen / ihren Nächsten mit weitläufftigen kostbahren Processen betrüben können.* Nam quod hodie pessimum, quibusdam in locis etiam scribas, imo terræ filios & opifices munere Advocatorum fungi videmus: ita nempe in hoc litigioso & malitioso Seculo, sicuti in Comoediis exhibentur Larvæ, pro Jctis Leguleji, pro militibus latrones, pro Politicis nebulones, pro Oratoribus Procuratores, Rabulæ, pro historicis pueri, pro Advocatis Scribæ & opifices vid. Eberh. a Weihe *de van. glor. mund. p. 36.* Hos & similes Procuratores Tolof. *Lib. 49. Syntag. c. 6. n. 2.* vocat latratores germ. *Zungendrescher* / quos aut rei domesticæ absorpta substantia aut cæcus ambitionis ætus in forum agit, ut ait Schonborn *L. 3. Pöl. c. 41.* Cic. *Clamatores,*

matores: Wesenbed. *in par. de postuland.* improbos sycophantas, phormiones & holophantas, qui audacter cum Cicerone profitentur se tribus mensibus futuros Jctos; Schonborn *L. 3. Polit. c. 4.* vilissima capita, forensia pecora, togatos vultures; Plato accipitres pecuniæ: Bart. *ex Plauto in Meneach.* canes Curiarum. Inde trita quidem & vulgaris, sed inconsiderata & impia quorundam vox: plures nostris his temporibus videas Juristas, quam albos canes: & ne quidem (quod salva dictum esto reverentia) salivam fenestris ejicere tutum est, nisi oberrantem aliquem conspurcare velis Juristam. Quapropter & alii augurantur, pacem in Rep. non fore, nisi ejusmodi homines, rabidorum instar canum, communi opera & auxilio obruentur; & alii felices deprædicant Helvetios, qui & omnem eorum operam cassâ nuce magis inanem judicant, & ipsos ceu furias infernales, ditione sua arcent, proscribunt, fugant.

§. VI.

Hæc de Advocatorum inscitia, progredimur nunc ad malitiam, & quidem imprimis eorum, qui Stratagemata forensia Juristen Vossen / in Judiciis licita esse adstruunt, quasi licita ea sint in bellis; & quia lites nihil aliud sunt quam prælium civile, in iis etiam licita censeferi aiunt: Et certe litigioso hoc Seculo, nihil fere usitatus, frequentius & communius, quam uti simulatione, est dissimulatione: Lügen und Trogen / solches hålt man jetziger Zeit in denen Gerichten vor Spisfündige Subtilitäten und Spanische gravitäten, inquit Adam Keller *L. 2. de offic. Jurid. Polit. cap. 7.* Inde plusquam nota est ista pestifera Causidicorum soluti loquentia, seu canina ista facundia & loquacitas: qua (ut Zafiii verbis utamur) mutuis sese latratibus imperunt:

B

Deum

Deum & hominem laceffunt : Fora venenant : Judices
 ludificantur : veritatis lumen obfcurant : falſa ſuggerunt,
 nec non ſanctæ Juſtitiaꝝ oculos verſutiis ſuis fruſtrari co-
 nantur. Quafi vero eruditæ Jurisprudentiæ ſignum
 & nota ſit, veritati & Judici fucum facere : Aſtreæ ſan-
 ctiſſimæ matronæ, oculos compungere, atque men-
 dacia turpiſſima certatim propugnare poſſe : Quafi ve-
 ro hic improbitas, dolus, malitia & perverſitas animi,
 atq; ad mentiendum decipiendumque lubricitas magis
 requiratur, quam vera vero digna Jcto doctrina. Hi
 ſunt (referente Franciſco Ripa) qui docuerunt linguas
 ſuas loqui mendacium : discreti adverſus juſtitiam : eru-
 diti pro falſitate. Hi ſunt, qui Judiciorum lites, artesq;
 fori contentioſas & velitationes imitantur : qui injuſta
 fulciunt, inhoneſta adornant, vera adulterant, nihil pla-
 ne ex præſcripto naturæ loquuntur. Hi ſunt qui ſa-
 pientes exiſtunt, ut faciant malum : eloquentes ut im-
 pugnent veritatem. Hi ſunt qui inſtruunt eos, a qui-
 bus fuerant inſtruendi, adſtruunt non comperta, ſuas
 ſtruunt calumnias innocentiaꝝ, deſtruunt veritatis ſim-
 plicitatem & obſtruunt Judici vias. Hi ſunt qui cicadæ
 in modum obſtrepunt, tumultu & vociferatione omnia
 concutiunt: in rebus nihili ab ovo (quod aiunt) res re-
 petunt, & ex culice ſeu muſca elephantem facere ſata-
 gunt. Hi ſunt qui conſcientias hominum pervertunt,
 & Judiciorum ſanctitatem in cautelas, technas atque per-
 juria commutant. Hi ſunt qui lites ex litibus ſerunt,
 qui quæſtus gratia multa futiliter garrunt : Cauſæ fulci-
 menta evertunt, lites concinnant ac producunt & pene
 immortales efficiunt. Hi ſunt qui perverſo injuſtoque
 ſuo patrociniſio cooperantur ad malum: imo verius Au-
 ctiores mali dicuntur, propterea quod inſolenti & inani
 ſua

sua loquentia, consilioque Clientes ad litigandum alias non litigaturos inducunt. Hi denique sunt, qui ostentandi (si Diis placet) ingenii ergo, vocem istam infernalem eructare haud erubescunt: nullam fore causam tam bonam, tam justam & æquam, quam pervertere, laxare & corrumpere: nullamque contra tam pravam tam desperatam, tam vulneratam & injustam, quam ornare, sustentare atque ad victoriam usque defendere, vana scilicet & temeraria sua eloquentia non valeant; O stupendam hominum veteratorum malitiam! ô impudentiam caninam! ô Professionem infamem & ignominiosam! veritatem & justitiam opprimere: mendacium contra & iniquitatem scelerate protegere.

§. VII.

Et tales tamen optimi hodie exclamantur Practici, qui scilicet Justitiam ipsam profligare & pervertere norunt: quod etiam vigel. in *præfat.* des Richter. Büchleins conqueritur: Es pflieget gemeiniglich also zu gehen / daß die größten Schwäzer und Streit. Köpffe vor die besten Juristen gehalten werden. Solche wissen das Recht zu drehen / wie man es haben will / wissen böse Sachen zu verblümen und gut zu machen / mögen kein gewisses Recht leiden / ziehen alles vorfestlich in Zweifel / disputiren allezeit / sind in Schlüssen ungewis: Es kan derer einer mehr verwirren / als zehen schließen mögen / rühmen sich / daß keine Verschreibung so stark / dadurch Sie nicht ein Loch machen können. Quod itidem asserit Octavius Bissani c. 8. Ich habe oftmahls wahrgenommen / daß die Process gewonnen oder verlohren worden / nicht aus wahren rationibus und Rechts- Ursachen / sondern weil ein listiger und abgeführter spitzfindiger Advocat dem andern Advocaten (der in Process- Sachen nicht so schlinn und listig / oder im schreiben / concipiren / und im schriftlichen

lichen récessiren nicht so abgeföhret und verschlagen gewesen/) hat können ertappen/über den Sölpel werffen/ihm einen Rancf angewiffen/ihn zu übereilen/oder in Process zu über vorthheiten. O Pestifera, fontica, fera trux soluti loquentia! Non considerant, quod veritatē falso negando, suas animas damnent & ad infernum descendant, Zahn. *L. 1. c. 15. de Mendaciis!* Wie dann von dergleichen gottlosen Advocaten Vent. de Val. Parth. Litig. *L. 2. c. 7. num. 2. §. 3.* zwey Geschichte erzehlet: Eine aus dem Cassaneo *conf. 1. n. 65.* daß als ein Advocat in Spanien einst zum Fenster ausgehen/ und gehöret/ daß ein Schweinstreiber seine Färcken mie diesen Worten in Stall gebracht: Ihr verfluchten Säue/packt euch in Stalle/ wie die Advocaten in die Hölle/ und dieselbe darauf mit Hausfen sich in den Stall gedränget/ er in sich geschlagen/ das Advocaten Wesen verlassen/ und ein Mönch worden; Das andere aus dem Petro Frider. *Præf. L. 1. de Proc. & Mand.* daß ein Procurator oder Advocat zu Speyer an seinem Ende/in der Todes-Angst/oft diese Klage wiederholet: O Jurementum Calumniæ! O Eyd/Eyd wider die Befehde/ welchen ich in meinen Schreiben und advociren so schlecht in acht genommen! Hinc Specul. *§. fin. n. 21. Advocati*, inquit, *debent esse in consilio cauti, in patrocinio fideles, in judicio justii, quoniam de talento sibi credito, tenentur reddere rationes.* Et certe dubium non est, quin, ut omnium reliquorum dictorum factorumque rationes: ita & istius perverfæ profanitatē & profanæ perversitatē in terribili omnipotentis Dei judicio gravissimas sint reddituri, ut sævissime increpat Ordelaph. *ad l. fin. n. 67. ff. de R. V.*

§. VIII.

Adhæc, licet ad Advocatorum officium pertineat, ne prorumpant in licentiam conviciandi & maledicendi temerita-

meritatem, sed potius agant, quod litium utilitas poscit, & quod causa desiderat; ab injuriis sibi temperent & abstineant, nec derelicto negotio, in adversariorum suorum contumeliam, aut palam aut subdole pergant. Attamen hodie, proh dolor! nihil familiarius est atque jucundius nonnullis Advocatis & Causidicis, quam ut, quando commissarum sibi causarum infirmitatem rationibus satis munire non possunt, vel in collitigatorem, vel in ipsum quandoque etiam judicem, conviciando, cavillando, objurgando, maledicendo, procacius, ferocius & effrenatius invehantur. Ast anserinus iste & importunus strepitus plus obest quam prodest: qui plerumque scommata, jurgia, dissidia, lites, inimicitias, injurias earumque retorsiones & denique omnia mala & damna cum fera poenitentia conjuncta, causari consuevit. Quin & eos ab isthac proterva conviciandi libidine & procacia deterrere debet: quod Jure civili, pravi illiusmodi Causidici non solum turpissimam infamiae notam incurrant, verum etiam sine loquela mori dicantur. Unde Paduae, uno pestis grassantis anno, septem Advocatos mortuos esse, qui omnes sine lingua fuerint inventi, Nevizanus, Auctor gravissimus memoriae prodidit. Quo spectat quoque lex ista Atheniensis de Oratorum disciplina, qua Oratores & Patroni jubebantur a convitiis & maledictis abstinere: cum nihil sit tam indecorum, quam qui alios juvare velit, alios offendere, ut eleganter monet Quintilianus.

§. I X.

Præterea, licet civilis sapientia, ceu res sanctissima, pretio nummario neque aestimanda neque dehonestanda sit: nihilominus tamen malitioso hoc & perverso seculo, nonnulli sancti juris convertores, veteratores & foren-

ses rabulæ, in eo legum sacratissimarum usum unice col-
 locant, ut lucrum ipsis solummodo corraiant, execrabi-
 lem illam vocem subinde eructando : Hoc est de pane
 lucrando. Quo fit, ut nullam juris partem sanctiorem
 magisque suscipiendam putent, quam eam, quæ aureos
 plures reddere & inexplebilem crumenam adimplere
 possit. Tantum abest, ut de pace componenda, de sa-
 lutari hominum concordia & tranquilla inter mortales
 conversatione vel semel cogitent, qui fas atque nefas
 juxta habent : ut potius usum legum ad lucri corrasio-
 nem facere & de pane lucrando esse autument, adeoque
 scripturas absque conspicillis videre non possint aut no-
 lint, ut inquit Magon. *de Reſt. patr. rat. p. 1. c. 8. n. 23.*
 Unde Apulejus multos Advocatorum & Medicorum,
 vere lucripetas nuncupari dicit : quod etiam mercedes
 a mortuis plerumque expetunt, & reditus uberes faciunt,
 dum tempus curationum extrahunt, adeoque ipsis mor-
 bis graviores existunt. Et ita sæpe accidit, ut corruptio
 unius sit generatio alterius : Advocatorum & Medico-
 rum quorundam, præsertim empiricorum, marsupia cre-
 scant : litigantium vero & ægrotantium corrumpantur.
 Et sane secundum commune Doctorum effatum, pau-
 peribus gratis patrocinari & mederi deberent : Ast illi
 non militant gratis adverbialiter, sed in casu dativo, liti-
 gatorum & ægrorum marsupia exenterando. Horum
 si nares afflaverit cujusquam rubiginosi aura marsupii :
 confestim videbis, illis oculos Argi, manus Briarei,
 Sphyngarum ungues, perjuriam Laomedontis, Ulyssis ar-
 gutias, Sinonias fallacias, fidem Polymnestoris adhiberi,
 ut ait Sidonius Apollinaris *Lib. 5. Epist. 7.* Hi ceu Juris
 & Justitiæ pestes in Republ. penitus non sunt ferendi,
 sane indigni nobili Advocatorum nomine : qui ære pa-
 trocinium

trociniū turpiter vendunt, & quibus lites pendere diu vindemia quædam est; lupis qui sylvas habitant voraciores, docti legumque tyranni: crudeliores corvis, qui cum nisi funus extincti lacerent, isti vivis scalpunt & sugunt animam:

Nec missura cutem, nisi plena cruoris hirudo.

§. X.

Insuper nequaquam deberent Advocati cum clientibus, quos in fidem suam receperunt, pendente lite, de parte aliqua ejus summæ, quæ in lite versatur, sive de societate futuri emolumenti pacisci: quod vulgo pactum de quota litis appellitant. v. l. 53. ff. de pact. Et Quintilianus ad defendendos reos solo pretio adduci, proximum esse latrocinio ait, & paciscendi morem piraticum. Nihil enim ejusmodi piratæ non promittet litigator, quantumvis sibi grave futurum sit ad præstandum. Nihil quoque non molietur & machinabitur hujusmodi togatus prædo, & in omnes nequitia formas se induet, quo victoriam quacunq; ratione per fas & nefas obtineat, spe lucri propositi illectus, ut partem ex victoria auferat. Quam eandem ob causam procuratoribus etiam isthoc pactum sub gravi pœna interdicitur, ne litem, sive litis incertum contra bonos mores redimant. Sed & alios quosvis contractus aut conventiones Advocatus cum cliente suo, pendente lite, facere jure prohibetur. Cujus prohibitionis ratio duplex esse videtur: una quod metuendum fuit, ne in fraudem ejus juris, quod est de parte litis, contractus alii simulate interponerentur, quorum prætextu ad eandem societatem emolumenti litis perveniretur: altera ne fenestra aperiretur avaris & impiis Advocatis, ad vexandos & concutiendos miseros clientes suos, a quibus per occasionem susceptæ causæ facile quid-

vis

vis extorquerent. Verum his & alijs prohibitionibus non obstantibus, quotidie videmus, nonnullos avaros & impudentes caudicos, ejusmodi improbis litium pactionibus suam dignitatem & conscientiam maculare. O igitur tempora! o mores! quæ nundinæ! qui conventus mercatorum depactos, stipulationes frequentiores habent, quam forum judiciale? Menoch. *L. 2. Arb. Jur. Qu. L. 2. cent. 6. casu 522.*

§. XI.

Frequenter etiam sollicitos videmus Advocatos, non solum (ut supra diximus) de sermone pomposo, sed etiam longa verborum farragine: saltem ut a cliente, magno & longo foliorum viso apparatu, maximum putante laborem, majus ob id exigant emolumentum, & scriptori majorem lucrandi præbeant causam, veluti conqueritur Joh. Bapt. Magon. *de rect. patr. rat. pag. 2. cap. 57. num. 8.* quo ipso animum argenti avidum satis produunt, si non prolixitas productorum ex ostentatione vel etiam malitiosa litis protelatione provenerit Rutger. Ruland. *de Commiss. p. 1. L. 2. cap. 20. n. 2.* Quæ temeritas tamen non parum Advocatorum famam maculat: Hac enim prudentiam & eruditionem ostentare volentes, stultitiam suam produunt; ut forsitan non inconvenienter illud Evangelii contra eos proferatur: dilatant filacterias suas & magnificant fimbrias, Alphons. de Azeved. *in Const. Reg. Hisp. L. 2. tit. 16. L. 5. n. 1.* Paris de Puteo *de Syndicat. tit. de Excess. Advocat. n. 1.* Ad quid enim conducit accumulatio allegatorum, quæ non modo nauseam facit Judici, sed etiam totum protrahit processum? Ad quid utilis, tædiosa semel dictorum repetitio, qua legenti tædium causatur? Ad quid proficuum chartæ ac foliorum augmentum, quod & ipsum labores Judicum haud parum auget

auget & animos eorum gravat? Nimirum prolixitas verborum sapientibus est inimica, Aretin. *Consil. 11. in pr. Rol. a Valle vol. 1. consil. 6. n. 3.* eandemque rem pluries repetere verbositate, non scientiæ adscribendum putatur, & est alienum ab hisce temporibus, quibus brevitate gaudent moderni, verbosusque Advocatus odibilis reputatur, Alphonfus de Azeved. *dict. l. 5. in pr.* Dubium hinc non est, quin optime fecerit Serenissimus Saxoniae Elector, jam olim inutilem Advocatorum prolixitatem certa multa coercendo, cum & verboso Advocato silentium jure imponatur, ut autumat Gloss. *in l. ex ea. ff. de postul. Petr. Rebuff. in l. un. C. de sent. quæ pro eo quod interest profer.*

§. XII.

Frequentissime vero Advocati, præsertim injustam foventes causam, pessima & damnabili affecti sunt labe & peste prævaricationis: quando parti adversæ gratificando, hortantur clientem juste litigantem, ut transigat conditionibus iniquissimis: quasi causa non habeat fundamenta, & lis futura sit diuturnior: obque id de industria protrahunt lites, ut clientes moræ impatientes suscipiant legem conventionis, quam ipsi Advocati dixerint: quo genere malitiæ produnt clientem, ineuntque gratiam colligatoris, a quo tandem accipiunt munera promissa, Petr. Ala *in tr. de Advoc. quæst. 42. pag. 63.* Quandoque etiam pro jure utriusque colligatoris patrocinantur, habentque Notarios juvenes in ordinem Causidicorum cooptatos, qui ad speciem suscipiunt tutelam clientis adversantis, sed revera Causidicus principalis omnia regit, disponit & moderatur, atque ita furtive prævaricatur utrumque litigatorem defendendo. Ala *dict. quæst. 42.* vel etiam causam jam accepta mercede

C dese-



deserunt, & in partem aliam transeunt. Jacob. Menoch. *de Arbitr. judic. quæst. L. 2. cent. 4. cas. 323. n. 5.* Quo prævaricationis crimine Demosthenem antiquitus & inter alios quoque Oldradum notatos fuisse testantur Menoch. *diſt. loc.* Prosp. Farinac. *in prax. crim. lib. 1. tit. 1. quæst. 4. n. 14* & Jul. Clar. *in pract. crim. §. ult. quæst. 72. vers. Tergiversator.* adduntque Oldradum præ nimio dolore, quod delictum fuisset detectum, decessisse. Sed quot hodie Demosthenes? quot vivunt Oldradi? exclamat Menoch. *diſt. cas. 323. n. 7.*

§. XIII.

Ostensa & perpensa breviter prima Justitiæ peste, scil. Procuratorum inscitia & malitia, progredimur nunc ad alteram, nimirum Judicum avaritiam & munera, quibus corrumpi solent Judices, ut vel malitiose protrahi lites conniveant, vel parti alicui pro lubitu pronuncient. Ubi enim nummus loquitur, Tullius ipse tacet, & munera excœcant oculos Judicum, *Eccles. cap. 20. vers. 13.* Hinc omnium maxime querelæ passim audiuntur, hoc corruptissimo seculo de Judicum corruptionibus. Judices sunt infideles socii furum, qui diligunt munera, sequuntur retributiones, pupillo non judicant, & ad quos causa viduæ non ingreditur, *Esa. cap. 1. v. 23.* Respicite quæso sedes plerorumque, videbitis eas rubras & rigatas sanguine pauperum, qui per eos excoriantur. Sibrand. *p. 1. Jur. Lubec. sect. 17. n. 4.* Hi non commentantur seculum, se turpiter accipere, lites invertere, peccare contra justitiam, contra Deum, contra debitum sui officii, contra humanam naturam. Sedulo igitur Judex laboret, quòd semper licitum, quòd justum, quòd æquum observet. Caveat, ne vel odio vel amore vel aliquo perverso rationis obtentu jus violet, nequitiaque magis quam justitiæ

fitiæ sacerdos efficiatur. Serio cogitet, se eo momento, quo alios iudicat, a supremo & iustissimo Iudice iudicatum iri. Quod eleganter quemque iudicem docet *Gloss. Germ. art. 30. l. 3. Land-Recht verb. Der Richter soll gleich &c. ibi*: Hier höre zu / der du ein Richter bist / und gedenke an das gestrenge Gericht unsers H. Erm. Jesu Christi / dann Gott ist zu derselben Zeit und Stunde / auch in dem Ort / wo und wann du richtest / ein gestrenger Richter / und richtet über dich gleicher maßen / als du über andere richtest.

§. XIV.

Porro & malitiam seu iniquitatē Judicum capitalem iustitiæ pestem esse, nemo est qui negat. Dicuntur autem iudices inique iudicare, quando non merita causarum, sed personarum inspiciunt: non quid ratio dicat, sed occasio affectet; non quid lex fanciat, sed quid mens cupiat, animū non ad iustitiam, sed iustitiam ad animum declinant; non ut quod licet libeat, sed ut quod libet liceat: egenorum litibus cunctanter litant, divitum lites instanter irritant; in illis rigorem, in his favorem dispensant; illos difficulter audiunt, his attente applaudunt, sit lucrum in arca, damnum non curant in conscientia, pecunias accipiunt, animam illaqueant, sæpius tanto litium expeditiones cunctantur, ut tandem majores sint litium expensæ, quam fructus sententiæ. Joh. Ordel. *ad l. fin. n. 421. de R. V.* Petr. Ala, *tr. de Adv. Christ. p. 1. qu. 43.* Hinc igitur quotidie iniquitatem pro æquitate venditari experimur. Quidam enim non curantes, æquitatem contra jus scriptum non esse sequendam. *C. fin. de Transact.* causarum tamen statum ad quamlibet putativam privatamque æquitatem detorquent. Quandoque Iudices non audent offendere voluntatem litigatorum, idcirco vel plane a se remonent causam, vel si de negotio decidunt,

dunt, mediocritatem, etiam si eam lis respuat, adhibent, & sic alterutra pars haud exiguam iniquitatem sentit. Nonnulli jus æquitatemque postponunt, inique amico, qui tamen injustam sæpenumero fovet causam, eam adjudicando: a contraria vero parte, cui jus favet, injustissime abjudicando. Prætendunt nimirum esse causas & casus pro amico, in quibus gratificari cui parti velint, possint. Quos tamen casus rectius pro diabolo quis dixerit, Tillemannus *in medulla ad Treutl. vol. I. disp. I. tb. 1. lit. b.* §. XV.

Priorem nunc subsequitur alia Justitiæ pestis, nimirum negligentia Judicum aut somnolentia: dum intermittunt agere quod debent, vel cum quid faciunt, quod non debent, Navarr. *in compend. verb. Judex. n. 47.* præfertim vero in sententia ferenda negligunt justitiam: ubi pro animi sui levitate vel ambitione, ne imperiti ex deliberandi mora habeantur, re non accurate perpensa, tumultuarias sententias præcipitanter effutiunt, appendicibus ac reservationibus plenas, perplexas, ambiguas. Sicut oracula olim Delphica flexiloqua extiterunt & ambigua, hominum expectationem frustrantia: ita ejusmodi sententiæ perplexæ lites non tam dirimunt, quam litem lite resolvunt. Quod porro & Judicum imperitia non parum juvet ad lites ferendas & producendas, per se patet. Etenim si Judex est, qui jus dicit: quo pacto ab eo jus dici potest, qui jus ignorat? *Bonus Judex*, inquit Ambrosius, *nihil ex arbitrio facit, sed juxta LL. & jura pronunciat. §. 1. Inst. de Off. Jud.* Quo autem modo bonus Judex esse poterit, qui leges & jura ignorat. Unde mos ille Judiciorum inferiorum, in quibus homines Analphabeti e populi fæce collecti, judicium agunt.

lites.

litesque definiunt, non immerito reprobatur a Petr. de Andlo *Lib. 1. de Imp. Rom. cap. 12.*

§. XVI.

Haftenus consideravimus capitalēs Justitiæ pestes: quibus cognitīs, nunc paucis agendum de remediis, quibus expelli possunt. Sicut enim ad medicum spectat consideratio non solum ægritudinis sed & sanitatis. Ita & Politicum intueri oportet non solum quæ pestes, verum etiam quæ sunt remedia, veluti Alexipharmaca civitatis. *Cas. L. 5. Polit. c. 1.* Et saltem in eo differunt, quod medici remedia longe vivendi, Politici bene videnti tradant. Omnium autem primum & optimum circa primam Justitiæ pestem est remedium. Si non omnes indiscriminatim ad Advocati & Procuratoris officium admittantur, sed pauci, iique digniores, legales, idonei eligantur & constituantur, sublatis penitus illis, qui impudentia & spe lucri ad hoc litigandi exercitium accurrunt, & quandoque ad arma, stivam aut mechanica, quam defendendas hominum lites & Judicia ordinanda aptiores sunt. Nam cum hoc officium sit grave & homines sponte ad id accurrant, manifeste testantur, in se veritatem minime reperiri, sicut artificia cum nimis atque nimis accrescant, materies deficit & abusus introducit ab Artificibus pauperioribus. Judicium olim erat actuum trium personarum, Judicis, Actoris & Rei: nunc revera est confusio personarum, Advocatorum, Causidicorum, sollicitatorum, Notariorum, Sacculariorum & similium ut ait Bap. Magon *de rect. patr. rat. P. 2. c. 67. n. 4.* Horum igitur malitiis & malitiosis litigiis via non est aperienda, sed tanto diligentius Magistratus Christiani in hanc, quam in aliam rem invigilare ac oculos defixos habere debent, quanto nocentior est hæc pestis Justitiæ, uti exclamat, Jac. Gander *de Const. Imp. L. 2. c. 4. ne scil. ad*

C 3)

hec

hoc officium quivis admittantur Rabulæ, loquentes, non eloquentes, pravi, non gnavi, tabifici non pacifici, Juvenes non senes, litium confusores; sed honesti, probi docti Viri, examinati aut jurati Jurium Doctores aut Licentiatii, qui Processum formalem ad Juris Ordinem servandum assumunt, prosequuntur & sententiam expectant, uti loquitur Jodoc. Damhoud. in *Pr. Jur. Civ.* c. 85. n. 3.

S. XVII.

Lectori non ingratum, nec huic nostro labori indecorum fore speramus: si hanc in rem, Serenissimi Principis Wilhelmi Friderici, Marchionis Brandenburgici (Cui pietatis & Justitiæ encomium præ aliis deberi, luculenter testantur Constitutiones, Mandata & Rescripta in Ecclesiasticis pariter ac Secularibus rebus justissima æquissimaque edita ac promulgata) Sanctionem integris verbis hic subjungeremus, præprimis cum illa præcipua ferme hujus materiæ capita complectatur, ut quasi ejus Epitome dici possit: nosque istius intuitu præsentem materiam potissimum per tractandam susceperimus. Tenor autem illius sequens est:

Von Gottes Gnaden / Wir Wilhelm Friderich / Marggraf zu Brandenburg / Herzog in Preussen / zu Magdeburg / Stettin / Pommern / der Cassuben / Wenden / zu Mecklenburg / auch in Schlesien und zu Crossen / Burggraf zu Nürnberg / Fürst zu Halberstadt / Minden / Camin / Wenden / Schwerin / und Rakeburg / Graf zu Hohenzollern und Schwerin / Herr der Lande Rostock und Stargard /c. Thun hiermit kund und zu wissen; Nachdem Wir zwar seit Unserer angetretenen Landesherrl. Regierung sorgfältig dahin getrachtet / daß die heil-

heilfame Justiz schleunig befördert: auch männiglichem gleich durchgehend Recht/ ohne alle ungeziemende Aufhaltung oder Untrieb/ mitgetheilet werden möchte; So haben Wir dannoch/ und zwar hauptsächlich darinnen/ eine merckliche Unordnung und Gebrechen befunden/ daß insonderheit bey Unserm verordneten Hof- und Justiz-Rath keine ordentliche bestättigt- und beeydigte Sach-Waltere und Advocati, welche denen Partheyen in ihrem Rechts-Angelegenheiten behörig an Hand gehen/ und zu dem advociren genugsam qualificiret sind/ hithero bestellet/ und angenommen worden/ vielmehro zu empfindlichen Schaden der litigirenden Theile/ und grosser Confusion der Sache/ sich mehrentheils solche Leute der Rechts-Sachen angemasset/ welche weder dieselben geschicklich vorragen/ noch auch von denen beschriebenen Kayserl. Rechten/Unsere Ampts Ordnung und Landes-Gesetzen/ auch andern vernünftigen Gewohnheiten einige Wissenschaft haben/ vielweniger das Factum, daraus die Action und Forderung herfließet/ klar und deutlich vorzustellen/ und nach Erwägung des Casus ein recht und förmliches Peritum zu formiren vermögen/ wodurch dann erfolget/ daß die Partheyen mit allerhand Impertinent und Irrelevanten: auch öfters ganz überflüssigen Dingen herum geführet worden.

Wir haben solchemnach für eine hohe Nothdurfft/ auch zu Abschneidung aller beschwerlichen Kosten und Weitläufigkeiten ohnungänglich zu seyn erachtet/ diesem inconvenienti, in Krafft Unserer tragenden Hohen Obrigkeitlichen Ampts/ nach Möglichkeit zu begegnen/ und daher hiermit/ und in Krafft/ dieses zu verordnen/ daß alle und jede Parthey: Sachen auf Unserer Hof-Raths-Canzley durch ordentlich angenommene und hierzu

zu bestellte Advocatos und Sach-Baltere / welche in
 Schreiben/ Reden/ Thun und Lassen sich aller Beschei-
 denheit/ Redlich- und Erbarkeit befeisigen / auch derer
 Rechten genugsam kundig und erfahren / und allen Un-
 sern jetzigen und künfftigen Verordnungen unnachbleiblich
 nachkommen/ von Anfang bis zum Ende geführet / und
 niemand ad procurandum daselbst zugelassen werden sol-
 le/ er sey dann zusehenderist redlichen / ehrlichen Herkom-
 mens und Verhaltens halber bestätiget ; Auch der ge-
 meinen Rechte/ Reichs-Constitutionen und Unserer Lan-
 de Gewohnheit und Herkommens / so viel solches einem
 Advocato zu wissen gebühret / auch in praxi also erfah-
 ren/ wie es die Nothdurfft und Wichtigkeit der Sachen/
 so bey unserer Hof-Raths-Canzley täglich vorkommen/
 erfordert ; und gleichwie Wir zu dessen eigentlicher Er-
 forschung zusehenderist ein tentamen per Deputatos vor-
 nehmen zu lassen entschlossen sind / mithin hinführo nie-
 mand die Advocatur in diesem Unserm Fürstenthum und
 Landen verstatet werden/ er habe dann auf einer bewähr-
 ten Universtät den Gradum würcklich erlanget / oder ob-
 besagtes Tentamen bey unserm Hof und Justiz-Rath
 ausgestanden / auch in beeden Fällen die erforderliche
 Concession der Advocatur per Decretum gnädigst er-
 halten ; Also / ist hiermit Unsere fernere gnädigste Wil-
 lens-Meynung und befehlende Verordnung / daß diejeni-
 ge Persohnen/ welche hierzu genugsam geschickt und tüch-
 tig sind bey Unserm Hof-Raths Collegio binnen Zeit von
 sechs Wochen a die publicationis anzurechnen/ sich ge-
 bührend anmelden/ ihr bisheriges Verhalten/ und erlang-
 te Profectus gebührend dociren/ und darauf um die Re-
 ception gehorsamst ansuchen/ die übrige unersfahrne und
 ungeschickte Sachführer und Schreiber aber sich der Pro-
 cura-

curatur, und Advocirens gänzlich enthalten / auch von selbigen fürterhin keine Schrifften mehr angenommen werden sollen. Signatum unter hievorgedrucktem Hochfürstl. Camzley-Insiegel. Dnolzbach / den 20. Aug. 1714.

(L.S)

§. XVIII.

Hanc constitutionem si quis candide & dextre perpendit, utique eam summa æquitate ac optimo Jure ac ratione niti, præsentissimumque huic primæ Justitiæ pesti remedium afferre, lubens fatebitur. Nam licet mediis ac remediis omnibus malitiôsæ litigaturientium protervitati occurratur; attamen nihilominus supervacaneum & frustraneum erit subsidium, nisi Advocatorum, Procuratorum, Sollicitatorum, Notariorum & aliorum subsidiariorum insigniter insignium litigaturientium præsidia æquis remediis subleventur, curentur, h. e. nisi personis Causidicorum reformatis, numerus eorum ad certam Sapientiorum classẽ redigatur, iisque omnino interdicitur allegare Jura, sive informare Judicem in Jure & demonstrare ex corpore Juris, aut Glossa, aut interpretibus, quid de lite judicandum. Hoc enim æque ridiculum & inconveniens esset, ac si ægrotus Medico curam præscribere vellet ex Galeno, Hippocrate & aliis, Auct. Disc. von Justitien: Werck p. 59. Factum allegent & disputent Advocati, Jus quod ex facto oritur, Judex ipse scire debet; & certe si hoc in omnibus Judiciis fieret, nec allagationum plaustra (prout hodie communiter fieri consuevit) in generalibus etiam Brocardicis afferre liceret, & Processus brevior redderetur, & lites citius terminarentur. Nam per ejusmodi allagationum plaustra, Advocati processus longiores, acta

D

prolixa

prolixa & intricata, litesque immortales penitus reddunt: Nec inepte de illis dicitur, quod quandoque in allegandis legibus & Responsis Ictorum similes sint futuribus. Sicuti enim hi dentibus alutam producent, & eorum, si densius & brevius sit, quam conveniebat, dentium morsibus fricant, stringunt, distendant: Sic Rabulæ in dilatandis prudentium Responsis & Cæsarum legibus faciunt, donec proposito reddant accommodas, Joh. Wolff. cent. 16. Lect. mem. p. 1035. Hæc igitur allegationum plaustra Jure meritoque sunt inhibenda & funditus corrigenda. Alias sicuti herba, quæ exscinditur horto, relicta radice, revirescit longius ac ante: Ita nisi certus Advocatis modus in allegando Jure præscribatur, remedium erit nullum, sed potius incitamentum priorum malorum.

§. XIX.

Hæc de remediis contra primam Justitiæ pestem. Quoad alteram iterum nullum certius esse potest remedium, quam si ex consilio Jethronis. Exod. 18. non indistincte omnes ad hoc judicandi officium admittantur, sed pauci, Dei timentes, veritatis amantes, avaritiam detestantes, bene morati & literati eligantur, qui per se sciant, quod justum est, nec aliunde hoc emendicare aut secundum Doctorum communem (ut dicunt) opinionem semper judicare necesse habent. Et quidem in hoc electionis remedio, ut Judicia, tanquam Justitiæ officinæ bonis ac qualificatis utantur fruantur personis, non tam attendendum quis sit? nobilis an pleibejus: pauper an dives, qui Promotorem remunerare possit; aut sit e familia, vel familiam Jure consanguinitatis vel affinitatis propaget. Sed qualis sit? h. e. justus, sobrius, castus, modestus, prout elegantibus versibus expressit Ruland.

Tr.

Tr. de Commiss. L. 1. cap. 6. num. 11.

*Primum precipitur, quod sit sine crimine Praesul
Magnanimus, sobrius, prudens, ornatus & hospes,
Casta docens, non percussor, non litigiosus.
Non cupidus, bene dispositus, non neopbitus.*

Hic optimo ordine annexi possent plura alia Remedia,
sed quia potiora tantum exercitii gratia indicare lubuit:
idcirco hunc discursum cum eo, quo inchoavimus, Deo
O. M. in praesentiarum finivimus.

Es ist die Mode so. Das Recht muß unten liegen/
Ein Plaudrer tritt heran und wäschet etwas her.
Der Dieb der sonst den Strang vor seinen Lohu solt kriegen.

Wird jeho loß gezehlt. Es gilt das Recht nicht mehr.
Will schon der Richter sich an seine Leges halten /

Schwartz doch ein Rabbulist ihm solches balden aus:
Es sey zu streng gericht. Drum muß das Recht veralten.

Warum? Der Plaudrer ist nicht gar zu weit zu Haus.
Justinian hat er nicht sonderlich getrieben /

In Rechten der Natur ist er ein fremder Mann.
Das waschen will er mehr als reine Wahrheit lieben /

Man siehet sie nur mit scheelen Augen an.
Dies ist die Pest des Rechts: Wenn man die Wahrheit
geiget /

Kriegt er das Instrument des Streichens auf den Kopf.
Es heißt: Ihr redlichen/ was gehets euch an? Schweiget:

Wers nicht beweisen kan / der bleibt ein armer Tropf.
Ein mehres zeigt heut/ gelehrter Freund! Dein Wissen/
Du kanst mit vollem Recht dies Elend nicht ansehen:

Drum

Drum willst du den Verderb mit schlauen Klugheits-
Schläfen

Beweisen/wie auch will das edle Recht zergehn.
Man muß aus diesen Werck die Weisheits-Schätz er-
kennen/

Die du nicht ohne Müß und Fleiß gesammlet hast.
Man kan dich jetzt mit Recht der Tugend Amul neßen/

Der nur auf Redlichkeit und Billigkeiten past.

Der Himmel segne Dich und alle Deine Thaten/

Er kröne Dich fein bald mit einer Lorbeer-Cron.

Nunmehr scheint ich hab Dein Absehn fast errathen/
Es ist: Inaugura-lis Disputation.

Mit diesem Wenigen wolte sich dem
Herrn Autori dieser Disputation
bestens recommendiren

Mich. Erich Franck,
Coburgo-Francus.
LL. Cultor.



Altdorf, Diss., 1714

X. 23449M







1714 4 30 7.

C. D.
DE

PESTE JUSTITIÆ

SUB PRÆSIDIO

JOH. GEORGII FICHT- NERI,

J. U. D. INSTIT. IMPER. PROF. PVBL
ET H. T. ORDINIS SUI DECANI,

AD D. DECEMBR. MDCCXIV
DISPUTABIT

A U T O R

JOHANNES ANDREAS STAUDACHERUS,

ONOLDO-FRANCUS.

ALTORFI NORICORUM
LITERIS TODICI GVIL. KOHLESJ, ACAD. TYPOGR.

